



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 65. Qualis vacatio requiratur & sufficiat, ut beneficin provideri possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

quest. 55. Gomes. ad reg. de triennial. quest. 3. n. 2. & 3. Item ante literarum expeditionem per signaturam supplicationis. Lotter. l. 3. q. 1. num. 16. citans Mandos. ad reg. 27. quest. 13. num. 4. Simonet. loc. cit. num. 11. Garc. p. 4. c. 2. num. 14. &c. Hæc tamen intelligenda, ubi supplicatio registrata & parti tradita; eò quòd prius non detur jus aliquod considerabile quæsitum; eùm talis supplicatio de facili possit lacerari, ut Gonz. loc. cit. num. 33. citans Gomes. ad reg. de jure questio. quest. 20. in fine. Et quidem expirare priorem vacationem per dictam signaturam ante literas cum omni effectu, etiam respectu vinculi reservationis aut affectionis prius injecti beneficio Lotter. loc. cit. num. 17. ita ut, si provisus à Sede Apostolica de beneficio reservato post signatam & registratam supplicationem moriatur extra Curiam in mense ordinario, ordinarius de eo disponere possit, ut Gonz. Gl. 15. §. 1. num. 34. non tamen ex tali rescripto seu signatura, etiam registrata supplica, & secuta acceptatione, si in supplica adjecta clausula, seu rescriptum esset in forma dignum, ut quandoque rescribi solet, etiam pro præsentante in Curia. Lotter. loc. cit. quest. 8. a num. 85. Item consumitur per unionem validam præcedens vacatio quin & tollitur in futurum. Lotter. loc. cit. a num. 85. sed neque, si unio validè facta denuo resolvatur, reviviscit prior vacatio, quæ beneficium ante unionem vacabat, utpote quæ jam semel consumpta, in perpetuum, non secus ac ipsum beneficium unitum per dictam unionem extinctivam tituli absolute deductum ab esse ad non esse. Lotter. loc. cit. num. 88. Tond. loc. cit. num. 24. sed sicut per dictam dissolutionem unionis factæ in perpetuum confurgit novum aliud beneficium, ut Felin. in c. cum accessissent. de constit. num. 33. & AA. communiter in Clem. ult. de rescrip. ita etiam nova ejus vacatio. Dixi: per unionem validam. Nam supposita & declarata nullitate factæ unionis, perseverat prior vacatio. Gonz. Gl. 15. §. 2. num. 79. Lotter. l. c. n. 87. Tondut. l. c. uti nec per unionem seu suppressionem beneficii, quæ non est in perpetuum, adeoque nec extinctiva tituli, quemadmodum non extinguitur penitus beneficium, ita nec prior ejus vacatio, sed reviviscit prior, sublato illo suppressionis impedimento. vide me l. c. q. 19. n. 5. in fine.

Quest. 65. Qualis vacatio requiratur & sufficiat, ut beneficia provideri possint?

1. Resp. primò: ut provideri liberè possit de beneficio, sive per collationem, sive per præsentationem & institutionem, sufficit vacatio de jure, dum ejus notitia habetur v. g. quia constat aliquem consecutum beneficium incompatible ejusque possessionem, aut commississe crimen, ob quod etiam ante sententiam privatus est, aut etiam legitime privatum per sententiam, absque eo, quòd etiam vacet de facto, & absque eo, quòd tunc detentor illius citandus seu vocandus sit; eùm is jam jus & titulum beneficii notoriè amiserit. Garc. p. 11. c. 10. num. 23. Chok. ad reg. 8. n. 23. Barbol. jur. eccles. l. 3. c. 14. n. 69. Paris. de rescrip. l. 3. q. 1. n. 81. Pirh. h. t. n. 27. citans Azor. p. 2. l. 7. c. 17. q. 2. Gonz. Gl. 15. §. 1. n. 39. Lotter. l. 3. q. 8. n. 24. ubi expresse, quòd posita vacatione de jure, plenitudo resultans ex possessione alterius de facto non habeatur in consideratione ad affectum, ut sustineatur vel corruat gratia. pro quo citat Mandos. in addit. ad Lupum, alleg. 16. num. 1. Et sic quoque patronum

præsentare posse ad beneficium taliter vacans, ait Gonz. l. c. n. 43. Quòd autem Pirh. h. t. n. 20. ait, non posse conferri beneficium alteri, in cujus possessione colorata existit alius, nisi prius eo citato, & præcedente summaria cognitione color ille decessus sit, & injustitia possessionis ostensa, pro quo citat. c. cum nostris. h. t. Host. & Abb. ibidem hoc inquam hic locum non habet, dum hoc ipso, quòd de vacatione de jure existente constet, adeoque notorium sit, nullum adeoque nec possessorem detentorè habere in beneficio jus seu titulum, omnis color possessionis evanescit, & manifestum sit, possessionem injustam; sed ad summum tunc, ubi quidem de jure seu secundum jura vacatio quòd ad jus in beneficio adesse censetur, hic & nunc tamen prætendi quid potest, in quo fundetur possibilitas tituli, & exinde colorati possessio seu continuatio illius; V. g. dum ab obtinente incompatible eùm præhabito obtendi posset dispensatio Apostolica, à passio sententiam privationis illius illegitimitati vel injustitiæ in quo casu colorata possessionis ab alio habitæ immitti nequit in possessionem is, cui beneficium vacans collatum, aut hæc auferri possessori, eo non citato seu vocato. Gonz. cit. §. 1. num. 40. Secus, ac in casu decolorata possessionis; eò quòd non habens possessionem coloratam non censetur habere possessionem, quæ in jure ullo modo consideretur, ut Lotter. l. 3. q. 8. a n. 25. Unde si agatur de beneficio reservato (quo casu possessio intrusi est notoriè decolorata propter decretum irritans) executor rectè procedit ad traditionem possessionis, tali intruso non vocato, & habetur possessio illa intrusi pro vacua simpliciter. Lotter. l. c. n. 33. citans Garc. p. 10. c. 1. n. 3. Contrarium tamen, nimirum quòd & tali carenti possessione colorata non vocato, non debeat auferri possessio, dicente Pirh. cit. n. 20. notab. 3. in fine, & pro hoc citante Host. & Vivian.

2. Resp. secundò: ut provideri possint beneficia, non sufficit ea vacare de facto tantum. Abb. in c. cum nostris. n. 18. Pirh. h. t. n. 19. Zoëf. h. t. n. 2. Engels. h. t. n. 2. cum communi. eùm enim per solam collationem acceptatam acquiratur jus plenum & perfectum in beneficio etiam ante captam possessionem seu independenter ab ea juxta. c. ult. h. t. in 6. sicque de jure pertinet ad illum, cui collatum, etsi is dejectus possessione injustè, dici verè non potest vacare beneficium, dum proprietarium habet, & solum de facto, seu quòd ad possessionem vacat; adeoque nec conferri potest. Num autem sola vacatio talis de facto seu possessionis sufficiat ad effectum reservationis, potissimum de qua agit reg. 8. Cancel. vide apud Gonz. ibid. Gl. 15. §. 1. n. 73. ubi id affirmat. cujus sententiam pluribus ab eo stabilitam & explanatam vide apud me. for. benef. p. 3. q. 9.

Quest. 66. Quamdiu beneficia vacare possint?

1. Resp. Ecclesia cathedrales & regulares, seu dignitates & Prælatuæ illarum principales ultra trimestre vacare non debent. c. ne pro defectu de elect. Laym. ibidem. n. 1. qui etiam n. 2. citans pro hoc Abb. in idem c. ne pro defectu. n. 5. Imol. n. 2. & Gl. in c. quia propter. de elect. v. ecclesiis viduatis. probabiliter censet, hanc constitutionem, c. ne pro defectu extendi ad illos Ecclesiarum Collegiatarum Prælatos, qui & ipsi ordinariam & generalem jurisdictionem habent in clericos suæ ecclesiæ jure speciali, ob identitatem rationis & intentionis legislatoris, quæ in cit. c. fuit, ne ex diuturniore destitui-